patiatur: quod eſt penas dare pro culpis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Mar. Contritionis veritas penas querit ⁊ amat: veniarū autē largitas relaxat ⁊ odiſſe facit: ſaltem occaſione.

¶ Sil. Hec eſt tua potiſſima ratio. q̄re difficile dixeris vtraqꝫ poſſe ſaluare. Dico v̄o cū ſctō Thoma ꝙ ꝙ̄du penas dare ꝓ ſcelerībꝰ eſt alicuiꝰ boni allatiuū: vt in p̄ſenti vita: qn̄ meritoriū eſt: vera cōtritio amat penas: ad merendū ⁊ p̄cauendū a pctīs: ſiue tn̄ cōtemptu veniarū. q̄a vtrunqꝫ meliꝰ eſt ꝙ̄ alterū: vbi vero pene nullū bonū afferunt. ſed retardāt a bono glorie. qđ eis nō exſolutis haberi nequit: pene nō aſſumunť. ſed tolerant: dulciſſimūqꝫ eſt animabꝰ ab eis miſericorditer abſolui. ⁊ ita in purgatorio eſt.

¶ Mar. Caute ſunt venie apoſtolice p̄dicāde: ne ꝑplus falſe intelligat eas preferri ceteris bonis operibus charitatis.

¶ Sil. Verū vtiqꝫ doces: ſꝫ nō minꝰ caute ſūt improbāde ⁊ reſtringēde. in p̄iudiciū aplīce facultatis. ⁊ priuilegiꝭ ꝯceſſi a deo btō Petro.

¶ Mar. Docēdi ſunt chriani. ꝙ pape mens nō eſt: redemptionē veniarū vlla ex parte cōparandā opibus miſericordie.

¶ Sil. Docēdi ſunt etiā: ꝙ mens pontificis eſt per venias ꝓuocare fideles ad opa pietatis. ſiue diuini cultus ⁊ miſcdie. ⁊ ꝙ meliꝰ eſt bn̄facere. ⁊ venias aſſequi. ꝙ̄ horū neutrū. vel alterū moliri.

¶ Mar. Docēdi ſunt chriani: ꝙ dās paupi: aut mutuās egēti. meliꝰ facit. ꝙ̄ ſi venias redimeret: q̄a ꝑ opus charitatis creſcit charitas: et fit hō melior: ſed ꝑ venias nō fit melior: ſed tm̄mō a pena liberior.

¶ Sil. Docēdi ſunt etiā: ꝙ q̇ vtrūqꝫ pōt meliꝰ eſt. Docēdi ſunt etiā: ꝙ ꝑ venias nō fit hō melior eſſentialiť. fit tn̄ melior concomitāter: q̄a erogare in opꝰ piū. aut alias bonū ꝓ aſſequutiōe veniaꝝ meritoriū eſt: vnde ceteris paribꝰ meliꝰ eſt dare elemoſinā grā veniarū: ꝙ̄ grā meriti p̄ciſe. q̄a ibi duo bona ſunt. ſcꝫ meritū: ⁊ ſublatio impediētis ac retardātis a gloria. id eſt reatus penarū: hic vero vnicū eſt.

¶ Mar. Docēdi ſunt chriſtiani: ꝙ qui videt egenum: ⁊ neglecto eo. dat ꝓ venijs: nō indulgētias pape: ſꝫ indignationē dei ſibi vēdicat.

¶ Sil. Docēdi ſunt etiā ſcriptores caſtigatius ſcribere ꝙ̄ tu ſcribas q̄a quod ſcribis nō eſt verū. vbi quis petēti paupi poteſt elemoſinā ſine peccato negare: quod creberrime accidit: neqꝫ vbi negať cū peccato quidē veniali. ſed ſine mortali: q̄a ꝓ veniali ſolo: non vendicat ſibi homo indignationē dei: cū gratie: ⁊ charitati veniale nō repugnat: ⁊ cōſequēter nec amicitie: quā ad deū habemus.

¶ Mar. Docendi ſunt chriani: ꝙ niſi ſuperfluis abundēt: neceſſario tenenť domui ſue retinere: ⁊ nequaq̄ ꝓfundere.

¶ Sil. Docēdus es ⁊ tu ſufficiētius diuidere: q̄a tpalis hoīm facul-

tas inſufficiēter diuidit̃ p̄ neceſſaria que q̄s domui ſue tenet̃ retinere:
que ſcʒ ſunt neceſſaria: ſine quibꝰ nō: ⁊ ſup̄flua: ſed hec eſt diuiſio ſuf-
ficiēs iuxta diuū Thomā. Bonoꝝ em̄ t̄paliū hoīs: quedā ſunt neceſ-
ſaria ad vitā ſuā: ⁊ ſuoꝝ: q̄ dicunt̃ neceſſaria: ſine quibꝰ nō ſupple vi
uitur: quedā vero ſunt neceſſaria ad vitā decētē: q̄ dicunt̃ neceſſaria
ſine quibꝰ nō bene. ⁊ quedā nec ſic nec ſic: q̄ dicunt̃ ſup̄flua ſimplicit̃.
De primo neceſſario nec venie ſunt redimēde: nec elemoſina danda
niſi quis eligat mori dādo p̄ bono reipublice. De ſcđo tenent̃ hoīes
elemoſinā dare ſolū in neceſſitate extrema: pōt aūt: ⁊ debet hō dare
de cōſilio extra dictū caſum partē huiꝰ neceſſarij cū indiuiſibili non
conſiſtat: nō aūt totū. Sic ergo patet ꝙ etiā nō habēs ſup̄flua: pōt
redimere venias: ex parte eiꝰ qđ eſt neceſſariū: ſine quo nō bene.

¶ Mar. Docendi ſunt chriſtiani: ꝙ redemptio veniarum eſt libera:
non precepta.

¶ Sil. Docendi ſunt etiā: ⁊ docere debent boni filij eccl'ie Romane
⁊ cōſequenter dei: ꝙ princeps pro cōmuni bono poſſet coactiue exige
re bona a ſubditis: ſed pōtifex Romanꝰ: vtriuſq; poteſtatis apicem
tenens: pro fabrica baſilice ſancti Petri: que eſt totius chriſtiani po-
puli bonum: petit quod iubere poſſet: et petendo muneratur ex the-
ſauro ſibi tradito.

¶ Mar. Docendi ſunt chr̄iani: ꝙ papa ſicut magis eget: ita magis
optat in venijs dādis p̄ ſe deuotā orōnem: q̄ promptā pecuniā.

¶ Sil. Immo nō ſunt ſic docēdi: q̄a hoc eſſet eos a multis bonis q̄
veniaꝝ gr̄a faciūt dimouere: ſed potiꝰ ſunt docendi: ꝙ oēs fideles ex
debito charitatis tenent̃ p̄ ſummo paſtore: etiā ſine venijs orare et ꝙ
papa multotiēs dat venias vt fideles p̄uocet ad orādū p̄ ſe: vt ſp̄ fa
cit in ſua capella. Dn̄ vero vltra orōnes etiā pecunijs indiget. veni-
as largit̃: nō gr̄a pecuniaꝝ: ſed eiꝰ rei ad quā pecunia ordinat̃: puta
inſtaurationē hoſpitaliū: ⁊ eccleſiarū. ⁊ hoc cū facit: oēs quorum in-
tereſt letant̃: ⁊ gratulant̃ oēs: niſi ꝙ tu Martine id qđ in alijs eccle-
ſijs inſtaurādis laudat̃: in fabrica prima totius reipublice chriſtiane
vitup̄as. qui ſi a dn̄o noſtro habuiſſes bonū epiſcopatū cū plenaria
indulgētia ad eccleſie tue reparationē: forte dulciorib' verbis abun-
daſſes: ⁊ quibus detrahis venias extuliſſes.

¶ Mar. Docēdi ſunt chr̄iani: ꝙ venie pape ſunt vtiles: ſi non in eis
cōfidāt. ſed nocētiſſime: ſi timorē dei p̄ eas amittāt.

¶ Sil. Docēdi ſunt etiā ꝙ cōfidētia veniaꝝ ab alijs bonis operibꝰ
nō retardās nihil obeſt: ſed occaſionalit̃ p̄deſt: dū aīa ex hoc in gra
tiarū actiōes aſſurgit. Docēdꝰ etiā es tu: vt cautiꝰ obſerues: ne pau

cis verbis tibi ipi cõtradicas: q̄ interdũ venias dicis eſſe vtiles: in-
terdũ ſolũ ſigna diuine relaxatiõis: que ſigna etiã apud te ſunt falla
tia: cũ ſcribas nullũ eſſe certũ: ꝙ relaxationẽ penaꝝ ſit aſſequutus.
¶ Mar. Docendi ſunt chr̄iani: ꝙ ſi papa noſceret exactiões venia-
lium predicatorũ: mallet baſilicã beati Petri in cineres ire: ꝙ̄ edifi-
cari cute: carne ⁊ oſſibus ouium ſuarum.
¶ Sil. Docẽdi ſunt potius chriſtiani: ꝙ tu iniuſte predicatorib⁹ de-
traxeris: contra ordinẽ fraterne correctiõis talia ſecretaꝫ: ſi qua ſunt
(quod vix credo) in publicũ ꝑ vniuerſum orbẽ ſeminãdo: qui talia ſi
noueras: debuiſti fraterne correctiõis normã obſeruare: eo vel maxi
me: ꝙ talis ſit huius innocẽtiſſimi pontificis mens: vt nullus nõ ini-
que mõ: verũ etiã nec indecẽter opereť: aut viuat.
¶ Mar. Docẽdi ſunt chriſtiani: ꝙ papa ſi ſicut debet ita vellet: etiã
vendita (ſi opus ſit) baſilica ſcti Petri: de ſuis pecunijs daret illis: a
quorũ plurimis quidã cõcionatoꝝ veniarũ pecuniã eliciunt:
¶ Sil. Docẽdi nõ eſſent iſta ppl'i: q̄a eſſet ꝯtra fraternã charitatem:
ſed ſi nõ ſperať declamãtiũ correctio ꝑ ſecretã monitionẽ (iſta eñi nõ
ſiũt in ambone) docẽdus eſſet is prelat⁹: cui⁹ intereſt: ⁊ ſinglariter do
min⁹ noſter papa: ſi tñ aliqui tales ſint: qd̕ vt credã: vix adduci poſ-
ſem: q̄a eſto ꝙ declamatores forẽt rapaces: ꝑ vim tñ nõ extorquent:
ſponte vero null⁹ eſt adeo ſtultus: vt ſi vſqꝫ adeo ſit egens: vt ꝓ ei⁹
ſuffragio baſilica ſcti Petri vendẽda foreť: velit ꝓ indulgentijs pe-
cuñias effundere: vnde potius credo ꝙ loquaris per talẽta: ⁊ talia
aut excogitas: aut exornas.
¶ Mar. Vana eſt fiducia ſalutis per literas veniarũ: etiã ſi cõmiſſa
rius: immo papa ipſe animã ſuã ꝓ illis impignoraret.
¶ Sil. Vana eſt iſta tua ꝯcluſio: ⁊ ſimiles: q̄a nullus eſt tam ſtultus
vt ſalutẽ ſuã talib⁹ literis cõmittat ſine volũtate penitẽdi vel ſtatim
vel tandem: ſed tu videris loqui nõ theologice: ſed tragedice. ad au-
res populorũ exhauriendas: vide aũt ne diuino iudicio inde exhau-
rias maledicta: irriſiones ⁊ cenſuras.
¶ Mar. Hoſtes chr̄i: ⁊ pape ſunt hi: qui propter venias predican-
das. verbũ dei in alijs eccleſijs ſilere iubent.
¶ Sil. Raris crebra cedere ꝯſueuerũt: ſic celebri⁹ coliť annalis ſolẽ
nitas ſctoꝝ: ꝙ̄ ſabbatina dei matris: aut pene q̄tidiana trinitatis.
Sic ex cauſa põtifex cuiqꝫ declamatori ꝓ loco ⁊ tp̄e idulget: vt alijs
ſilentiũ indicat: quo ppl'm habeat frequẽtiorẽ: vt inq̄ſitori: vtqꝫ ordi
nario: qd̕ põt cõmẽdari. Aſtruere vo pape hoſtes eſſe: q̄ cũ ſua grã:
et beneplacito operanť aut etiã dei: ſtultum ⁊ ridiculum eſt.

¶ Mar. Iniuria fit verbo dei: dū in eodem ſermone equale: vel longius tempus impenditur venijs ꝙ̄ illi.

¶ Sil. Dico vt ſupra ꝓxime: ⁊ vlterius: ꝙ ita loqueris: ac ſi publicatio veniarū cū his que illā comitanť declaratoria: ⁊ hortatoria: nō ſit ſeminatio verbi dei: quod nego.

¶ Mar. Mens pape neceſſario eſt: ꝙ ſi venie (qꝺ minimū eſt) vna cāpana: vnis pōpis: ⁊ cerimonijs celebranť: euangeliū (qꝺ maximū eſt) centū cāpanis: centū pompis: centū cerimonijs predicetť.

¶ Sil. Dico vt ſupra proxime: ⁊ vlterius ꝙ ꝯſimiles cōcluſiōes nō decent grauē theologū: ſunt eñ pueriles: ⁊ videnť eſſe viri ſtomachati. ⁊ inferētis os in celū: ⁊ cōtra ſtimulū calcitrātis.

¶ Mar. Theſauri eccľie vnde papa dat indulgētias: neq̄ ſatis nominati ſunt: neq̄ cogniti apud populū chriſtianū.

¶ Sil. Nō eſt mirū ſi vulgus iſta nō nouit: cū tu q̇ cū orbe vniuerſo te diſputaturū obtuliſti: iſta aut nō intellexeris: aut fingas vt patebit. Sūt eñ iſti theſauri noti ⁊ noīati: nō quidē lumine nr̄e rationis: ſed ſpūſſcti: q̇ ꝑ ſctōs ſuos nos edocet quibꝰ tu nō aſſentiēs: auctoritate tua: aut tui ſimiliū: alios theſauros effingis. Venie ergo: ſiue indulgētie auctoritate ſcripture nobis nō innotuere: ſed auctoritate eccleſie Romane: Romanorūq̄ pōtificū: q̇ maior eſt: inter q̇s ſanctus Gregoriꝰ primꝰ (teſte diuo Thoma) indulgētias dedit Rome in ſtationibꝰ: ceteriq̄ ſunt ſequuti. Theſaurus ergo iſte ſ̄m ſctōs: cū theologos: tum etiā canoniſtas: ſunt merita chriſti ⁊ ſanctorū: nō ea ratione qua merita: ſed qua ſatiſfactiones.

¶ Mar. Theſauros certe vnde indulgentie dantur nō eſſe temporales patet: quia nō tam facile eos profundunt: ſed tantūmodo colligunt multi concionatorum.

¶ Sil. Nō doces Martine: ſed detrahis: nō concionatoribus tantum: quos ſcis rem ſuā nō promouere: ſed innocentiſſimo pontifici: ⁊ quidē iniuſte: quippe qui nil vellet aut inique: aut etiā indecenter agi: maxime vero pretextu ſue auctoritatis.

¶ Mar. Nec ſunt iſti theſauri merita chr̄i: ⁊ ſctōꝝ: q̄a hec ſꝑ ſine papa opanť gratiā hōis interioris: ⁊ crucē: mortē infernūq̄ exterioris.

¶ Sil. Immo ſ̄m ſctōs: tā theologos: ꝙ̄ canoniſtas celebriores: ſūt ꝑdicta merita chr̄i: ⁊ ſctōꝝ: nō ea rōne qua merita. ſed qua ſatiſfactiones chr̄o ſuperuacanee. ſctis aūt ſupabūdātes. Quarū ſatiſfactionū valorē. verū eſt quidē in nobis opari. ⁊ nobis applicari. ſed nō ſic vt plene per eas liberemur ab oīm reatu. niſi in caſu duplici. primo quidē ſi nos per ſatiſfactionē plenā eis cōiungamur. ſecūdo vero ſi

pontifex eas nobis plene per indulgẽtias applicet. Si aliter ſentis.
aberras a fide.nec indulgentiarū theſaurū intelligis.

¶ Mar. Theſauros eccl'ie ſanctus Laurentius dixit eſſe pauperes
eccleſie.ſed loquutus eſt vſu vocabuli ſuo tpe.

¶ Sil. Etiā nunc latenter moꝛdes potius ꝙ doceas: quaſi tēpoꝛibꝰ
nr̄is paupes nō ſint pōtificis hoīmqꝫ theſauri.puto aūt qḋ licet Ro
manus clerus a ꝑfectiōe primeua declinarit.qḋ nō inficioꝛ.tu tamen
nō ſis talis.q̇ poſſis irrepꝛehēſibiliter reꝑhendere. ⁊ qui a primeua
patrū religioſitate nō declinaris.qḋ equidē vel hinc cōijcio.q̇a nullꝰ
ſapiens eſt(vt reoꝛ) qui te eſſe detractoꝛē iniuſtū nō aſtruxerit. quā-
ꝙ etiā vtinā ſic Rome eſſent bona cetera.ſicut elemoſine pie. qḋ vt
reliqua taceam etiā pauperum numerus ſine nūero indicio ſit. maxi
me vero in pio pontifice.qui nulli quantūuis extero aut ingrato vi-
ro ſcit petita denegare.

¶ Mar. Sine temeritate dicimꝰ claues eccleſie merito chriſti dona-
tas.eſſe theſaurum iſtū. Clarum eſt eīn ꝙ ad remiſſionē penaꝝ ⁊ ca-
ſuum ſola ſufficit poteſtas pape.

¶ Sil. Si cuiuſꝙ ſancti teſtimoniū citaueris.tecū in hoc ſentientis
temere te ſic docuiſſe negabo.qḋ puto nō facies. Et quidē fateoꝛ ad
id ſufficere poteſtatē pōtificis maximi eo mō.quo poteſtas Regis
ad arcem fabricandā.vicꝫ mediāte theſauro.qui nō ſit poteſtas ſed
materia poteſtatis.Cū eīn eccleſia ex theſauro iſto faciat indulgen-
tias plenarias.ſi theſaurus iſte ſit claues eccl'ie.aut claues ad mote
peccatoribꝰ.oꝑabunt cū electione.ſic ꝙ in ſacramētali penitētia nō
operabunt quantū poſſunt abſoluēdo ab oīni pena. ſicut ab omni
culpa.aut ſemꝑ penā totaliter abolebūt.quoꝝ vtrūqꝫ falſum eſt.pri
mū quidē.quia nullus ſacerdos ſic abſoluendo intēdit.ſed intendit
peccatoꝛi bene facere quantū poteſt.ſecūdo vero.quia purgatorium
tollit.vnde doctoꝛ angelicus docet ꝑ clauē remitti partē pene.nō to-
tā. Iſte ergo theſaurꝰ materialiter eſt ſatiſfactio chr̄i ⁊ ſctoꝝ. effecti-
ue aūt eſt clauis iuriſdictiōis.qua diſpenſat. Igit poteſtas pōtificis
ꝑ clauem oꝛdinis.omnē culpam.et per clauem iuriſdictiōis. cuiꝰ eſt
indulgere omnē penā ex cauſa poteſt abolere.

¶ Mar. Verus theſaurus eccleſie eſt ſacroſanctū euangelium.

¶ Sil. Verum quidem martine dicis.ſed tamen equiuoce loqueris
de theſauro.⁊ hoc ipm verū quod dixiſti ad malum finem oꝛdinas
vt videt. vt etiam ſtatim patebit.

¶ Mar. Theſaurus euāgelij eſt merito odioſiſſimus. q̇a ex primis
facit nouiſſimos theſaurus aūt indulgentiaꝝ merito eſt gratiſſimus

q̄a ex nouiſſimis facit primos. Igitur theſauri euangelici retia ſunt:
quibꝰ olim piſcabantur viros diuitiarū: theſauri indulgētiarū ſunt:
quibus nunc piſcant̄ diuitias virorū.
¶ Sil. Si mordere canum eſt propriū: vereor ne tibi pater canis fue
rit: qui ad hoc videris natus vt mordeas: vereor inſuper ne propter
tuā dicacitatē: ⁊ illationē tui oris in celum: aliquid mali tibi contin-
gat: nec video quomodo venias excuſandus ab anathemate ex ca-
pite multiplici. nec puto ꝙ vir ſis mentis compoſite: qui talia cara-
cteribus formanda tradideris.
¶ Mar. Indulgētie quas cōcionatores vocāt maximas gratias in
telligunt̄ vere tales quo ad queſtum ꝓmouendū.
¶ Sil. Iā pōtifice deſerto: ſpūſſcti muneribꝰ detrahis: q̄ſi ipe indul
gētie nō anie: ſed burſe putiles ſint: qđ blaſphemiā dixerim.
¶ Mar. Sūt tñ reuera minie ad gratiā dei: ⁊ crucis pietatē ꝯparate
¶ Sil. Hi qui venias gratias maximas aſtruunt nulli cōparantes
excuſandi veniūt per hyperbolen: tu vero qui eas cōparas gr̄e chr̄i:
vide quo nam pacto excuſabere: dicens eas minimas: cū etiam ſint
gratie alie: ⁊ alia dona minora: puta ipa bona fortune: nec reor pote
ris aliquā excuſationē pretendere: que veniarū declamatoribꝰ eque
nō cōgruat: conſequēter aūt iniuſte mordes.
¶ Mar. Tenent̄ epi ⁊ curati veniarū aplicarū cōmiſſarios cū omni
reuerētia admittere: ſed magis tenent̄ oibꝰ oculis intēdere: ne ꝑ cō-
miſſione pape: ſua illi ſomnia predicent.
¶ Sil. Si tibi talia dicēti animus ineſſet equus ⁊ bonus: tacendū
eſſet: ſed ſicut diabolꝰ in omni ſuo opere ſuā ſuperbiā ita tu quoq; in
omni pene tua concluſione tuā maliuolentiā redoles.
¶ Mar. Contra veniarū apoſtolicarū veritatem qui loquitur: ſit
ille anathema ⁊ maledictus.
¶ Sil. Effigiem geris eiꝰ: qui ꝯſignare ſe putans: in lumen propriū
impingit. Veritati enim veniarum aut ignorantia: aut malitia mul
tum detraxiſti: vt liquet ex dictis.
¶ Mar. Qui vero contra libidinē ⁊ licentiā verborū concionatoris
veniarū curam agit: ſit ille benedictus.
¶ Sil. Sit inq̄ bñdictus: ſi charitate: ſi iuſticia: ſi pietate mouet̄: q̄
vo ꝯtra licētioſum in dicendo: licētioſior eſt in ſcribēdo. a deo quidē
bonus eff ciat̄: ab hoībus vero ad aliorū monimētū caſtiget̄.
¶ Mar. Sicut papa iuſte fulminat eos: q̄ in fraudē negotii indul-
gentiarū q̄cunq; arte machinant̄: multo magis fulmiare intēdit eos:
q̄ ꝑ veniarū pretextū in fraudē ſcē charitatis: ⁊ v̄itatis machinant̄.

¶ Sil. Dn̄s noſter papa tante virtutis creditur: vt per ſuos mini-
ſtros nil indecens fieri velit. an vero in eos delinquentes intendat
animaduertere ꝑ anathema vt dicis. puto neſcias.
¶ Mar. Opinari venias papales tātas eſſe: vt ſoluere poſſint homi
nē etiā ſi q̇s ꝑ impoſſibile dei genitricē violaſſet: eſt inſanire.
¶ Sil. Aſtruere ꝙ habēs plenitudinē poteſtatis a papa ad venias
poſſit abſoluere a culpa in dicto caſu ꝑ ordinis clauem: ⁊ a pena per
clauem iuriſdictiōis: non eſt inſanire: ſed ſane ſentire: cum etiā idem
poſſet in Judam: ⁊ in eos: qui aut virginē: aut chriſtū interemiſſent:
modo eſſent viatores. Videris aūt loqui tragedice.
¶ Mar. Dicimus cōtra ꝙ venie papales nec minimū peccatoꝝ ve-
nialiū tollere poſſunt quo ad culpam.
¶ Sil. Immo tibi tollere nō poſſunt veniale: etiam quo ad penam
quippe quoniā ſecundū te ſunt ſolum ſignā ⁊ nō cauſa remiſſionis.
Quod vero per venias culpa remittatur: predicatorē veniarū docu
iſſe credo nullū: quippe cum etiam rudioribus liqueat aſſecutionem
veniarū preexigere culpaꝝ abolitionē: cum huius rei gratia etiā ru-
ſtici ſua crimina fateantur.
¶ Mar. Quod dicit nec ſi ſanctus Petrus modo papa eſſet: maio
res grās dare poſſet: eſt blaſphemia in ſanctū Petrū ⁊ papā.
¶ Sil. Et ſi ſctūs Petrus credat ſanctior fuiſſe oīni poſt futuro pō-
tifice: ⁊ in gratijs ꝑſonalibꝰ copioſior: quātū tn̄ attinet ad clauē iu-
riſdictiōis ⁊ ordinis. erroneū eſt. ne hereticū dicā dicere Leonem. x:
Petro primo minorē. ⁊ nō poſſe de iure quecūqꝫ ille potuit.
¶ Mar. Dicimꝰ ꝯtra ꝙ etiā iſte: ⁊ quilibet papa maiores habet: ſci
licet euangeliū. virtutes grās curationū ⁊c. vt. j. Cor. xij.
¶ Sil. Timeo ne dei iudiciū ſuꝑ tuū caput portes. qui per ironiam
ita irriſorie loqueris vniuerſo orbi de tanto pontifice. Vtinā aūt tibi
ſint ille virtutes que in dn̄o noſtro predicant.
¶ Mar. Dicere crucē armis papalibus inſigniter erectā: cruci chri
equiualere: blaſphemia eſt.
¶ Sil. Tibi nō credere quoniā iam cepi: neqꝫ hec puto ab aliquo ve
niarum declamatore predicatum ita nude: vt recitas: quanq̄ queli-
bet crux in qualibet materia eque repreſentet imaginē chriſti: ⁊ eque
adoranda ſit: ſecluſa ratione contactus: de qua ad preſens breuitatis
gratia ſuperſedeo.
¶ Mar. Rationē reddent epiſcopi: curati ⁊ theologi: qui tales ſer-
mones in populū licere ſinunt.
¶ Sil. Videris Martine velle te ꝑ hec iuſtificare: q̄ſi recte feceris:

detrahendo venijs cõtra preceptũ domini noſtri pape. ⁊ detrahẽdo
veniaꝝ cõcionatoribus. ⁊ pontifici contra p̄ceptũ dei. ſed nequaꝙ̄
ꝓpterea ꝙ theologus ſis venis in p̄dictis excuſandus. ſed arguẽdꝰ.
plectẽdus. ⁊ ad omnẽ hereſim abiurandã cogẽdus.

¶ Mar. Facit hec licẽtioſa veniarũ p̄dicatio. vt nec reuerentiã pa-
pe facile ſit etiã doctis viris redimere a calumnijs, aut certe argutis
queſtionibus laicorum.

¶ Sil. Pulchre ſub colore exceſſuũ eoꝝ q̃ declamãt. iterũ impingere
vis in pontificẽ. queſtiones ſecularibꝰ aſſcribẽs. ſed age. en reuerẽtia
⁊ amor ad pontificẽ docebit me ſoluere inſolubilia tua. incipe.

¶ Mar. Scilicet cur papa non euacuat purgatoriũ ꝓpter ſanctiſſi-
mã charitatẽ. ⁊ ſummã animaꝝ neceſſitatẽ. vt cauſam omniũ iuſtiſ-
ſimã. ſi infinitas animas redimit propter pecuniã funeſtiſſimam. ad
ſtructurã baſilice. vt cauſam leuiſſimã.

¶ Sil. Deus. qui tanq̄ agẽs ſupremũ oĩa vertit ac dirigit in finem
poſtremũ. vnde ⁊ oẽs hoĩes vult ſaluos fieri nulli voluit gratiã. qua
in finẽ illũ dirigat̃ ⁊ ſalutẽ elargiri. niſi ex parte eiꝰ. qui gratiam erat
accepturꝰ. eſſet p̄paratio quedã. ⁊ meritũ cõgruitatis. quẽ appara-
tũ q̃ habere nequeũt. vt infantes his vult ſuffragari ꝑ alios. Chr̃us
quoq;. qui ꝓ nobis infinite ſatiſfactiõis paſſionẽ tulit. non vult illã
nobis ſuffragari. niſi nos ꝑ noſtrã ſatiſfactionẽ inſufficientẽ. eius ſa-
tiſfactiõi ſufficiẽti ⁊ ſupabundãti. iũgamur. Cũ ergo deus poſt penã
aĩe ex cõtritiõe ⁊ clauibꝰ miſericorditer abolitã. ex ſua ſimul miſe-
ricordia ⁊ iuſticia talẽ animã addixerit tali pene exoluẽde. puta an-
norũ centũ. qua rõne debet põtifex totã illã penã. vel etiã partem re-
laxare cũ tãto p̄iudicio iuſticie diuine. niſi ex parte talis aĩe aliqđ
meritũ afferat̃ puta elemoſina. aut ieiunium. aut oratio a ſe. aut ab
alio ꝓ ſe oblatũ? Inde eſt ꝙ clamãt oẽs ſcti cũ theologi. tũ canoni-
ſte. in veniarũ largitiõe. cauſam aliquã oportere interuenire. q̃ cau-
ſa eſt q̃cq̄d eſt in dei gloriã. vel ꝓmotionẽ boni communis ⁊ hmõi.
Patuerit ergo cur papa purgatoriũ nõ euacuat. quia vic; nõ ſubeſt
rõnabilis cauſa relaxãdi rigorẽ iuſticie diuine in oĩbus aĩabus pur-
gatorij. que ſi ſubeſſet. vtiq; poſſet illud euacuare. puta ſi daret̃ ple-
na indulgẽtia. etiã defunctis porrigentibꝰ adiutrices manꝰ ad expe-
ditionẽ in turchas. ⁊ quelibet aĩa purgatorij amicũ haberet. ſibi de-
bite ⁊ cõplete ſuffragatẽ. Charitas aũt põtificis. ⁊ neceſſitas aĩaꝝ
nõ eſt rõ efficax ſic relaxãdi iuſticiã diuinã. quã deꝰ talis neceſſitatis
cõſciꝰ. ⁊ infinite charitatiſ. ac miſcõie viſceribꝰ plenus ſanxit. ⁊ inuio-
labiliter ſeruat. Age nũc martine. ⁊ alia queſita multiplica.

¶ Mar. Cur permanēt exequie ⁊ anniuerſaria defunctorū. ⁊ nō reddit. aut recipi ꝑmittit beneficia ꝓ illis inſtituta. cum iā ſit iniuria ꝓ redemptis orare.

¶ Sil. Due huius cauſe ſunt. Prima quidē ꝙ incertū ſit an is qui porrigit manus adiutrices vt anime cupiā plenā veniā obtineat: ſecundū propriā facultatē porrexerit: quod neceſſe eſt: poteſt enim aliquādo porrigere nimiū parce: quo caſu anima nō aſſequitur indulgentiā plenā: ſed ſecundū ꝓportionem exhibiti ad id totū quod fuerat exhibendū: vt docuit diuus Tho. Alia vero cauſa eſt. qa etſi ſuffragia non proſint iam redemptis: alijs tñ proſunt. ⁊ hoc ipm morituri intendebāt: qui ſibi anniuerſaria ꝑpetua ordinarunt: cum non ſit veriſimile ꝙ crederent ſe in purgatorio perpetuo futuros: donec celi cum terra mouendi forent.

¶ Mar. Itē que illa noua pietas dei: ⁊ pape. ꝙ impio: ⁊ inimico ꝓpter pecuniā ꝯcedūt aīam piā: ⁊ amicā dei redimere: ⁊ tñ ꝓpter neceſſitatē ipi⁹ met pie ⁊ dilecte aīe nō redimūt eā gratuita charitate.

¶ Sil. Que eſt iſta noua ignorātia tua (vt cum ſtomacho loquar) vt putes ꝙ deus infinita charitate ſua (iuſticia ſic exigēte) aīam conſcius in tali neceſſitate ꝯſtituerit: ⁊ deinde nulla facta mutaciōe ex pte dei: vel aīe debeat eam ex tali neceſſitate educere? Interueniat ergo cauſa aliqua neceſſe eſt: vt clamant ſancti vniuerſi: ſi dei iuſticia aut relaxāda penitus: aut certe mitigāda eſt. que cauſa non ex parte dei (inuariabilis enim eſt) ſed ex parte anime penſanda eſt.

¶ Mar. Item cur canones penitētiales re ipſa: ⁊ non vſu in ſemet abrogati ⁊ mortui: adhuc tamē pecunijs redimunt per cōceſſionem indulgentiarū: tanꝙ viuaciſſimi?

¶ Sil. Viſis ꝯcluſionibus tuis martine: doctus mihi primo aſpectu viſus es: dicta vo tua exactius ꝑſcrutāti: mihi videris ſatis groſſus. quippe q nō videas: ꝙ licet canones eiuſmodi ꝗ ad id ſint abrogati: ꝙ ſm illos penitētie nō ſunt neceſſario imponēde pctōrib⁹: cū hodie ſint oēs arbitrarie: nō tñ abrogati ſunt quantū ad hoc: vt reatus ad penā iuxta eos taxādā nō maneat: niſi forte alicubi diuie iuſticie mēſurā excedāt plus iuſto imponētes: ⁊ quātū ad iſtū reatū pene viuentem ⁊ ligantē: redimunt. Unde tibi ꝓ regula obſeruādū eſt: ꝙ eccleſia Romana ſicut in dicto: ita ⁊ in facto ſuo nō fallitur in fide: aut moribus alioquin a via ſalutis aberras.

¶ Mar. Item cur papa: cui⁹ opes hodie ſunt opulentiſſimis Craſſis craſſiores: nō de ſuis pecunijs magis ꝙ pauperū fidelium ſtruit vnā tantū baſilicā ſancti Petri?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Sil. Ubi multe diuitie: ibi (diuina ſcriptura teſte) multi ſunt qui comedunt illas: ⁊ forte S. dn̄s noſter pro ſuo gradu ⁊ maieſtate eſt pauperior te: cui ſi cenſus eſſet exiguus: forte non vacaret iſta conſcribere. Quid vero latenter reprehendis ex laicoꝝ perſona pontificem: qui pecunias excipiat a ſponte offerentibus: qui pro hoc cōmuni: ⁊ quidem celeberrimo bono iuſte tanq̃ ſummus in mūdo gemina poteſtate rex imperare eas ⁊ indicere poſſet.

¶ Mar. Item quid remittit: aut participat papa hijs: qui per cōtritionē perfectā ius habent plenarie remiſſiōis: ⁊ participationis.

¶ Sil. Si quis tanta contritione torquetur: vt omnium peccatorū ſuoꝝ reatū aboleat: huic papa nihil penarū remittit: ſed ſi reris oēs contritos eſſe eiuſmodi: euertis purgatoriū: ⁊ non modo hereticus: verum hereſiarcha es quantū ego ſentio: qui hactenus nullū relegerim iſta nefanda docuiſſe.

¶ Mar. Item quid adderetur eccleſie boni maioris: ſi papa ſicut ſemel facit: ita centies in die cuilibet fideliū has remiſſiones ⁊ participationes tribueret.

¶ Sil. Duo bona addicerentur: vnum ꝙ neceſſe eſſet fideles toties repetere cauſam gratia cuius dantur venie: puta elemoſinā: aut orationem: aliud quia remitteretur omnis nouus penaꝝ reatus: ſi quis poſt veniam incidiſſet.

¶ Mar. Ex quo papa ſalutē querit animarū per venias magis ꝙ̃ pecunias: cur ſuſpendit venias ⁊ literas iam olim cōceſſas: cum ſint eque efficaces.

¶ Sil. Ideo facit: vt ſicut olim predeceſſores ſui venias dederunt pro ſtructuris minoris momenti: ⁊ que iam forte vel ex toto: vel ex parte explete ſunt: ita ipſe pro iſta ſtructura largiatur omniū preclara: ⁊ in hanc fidelium pia vota colligantur.

¶ Mar. Hec ſcrupuloſiſſima laicoꝝ argumenta ſola poteſtate compeſcere: nec reddita ratione diluere: eſt eccleſiam: ⁊ papā hoſtibus ridendos exponere: ⁊ infelices chriſtianos facere.

¶ Sil. Eccleſia Romana: que in Romano pontifice virtualiter incluſa eſt: temporalis: ⁊ ſpiritualis poteſtatis ſummū in papa apicē tenet: ⁊ ſeculari brachio (prout iura decernunt poteſt eos) qui fide primo ſuſcepta: deinde male ſentiunt: compeſcere: nec tenetur rationibus certare ad vincendos proteruientes: niſi maxime veritas in aperto eſt: ego tamen volo tecum rationibus agere: ⁊ experiri quid ſcribendo poſſis. Hoſtes aūt ſe irridentes: ⁊ corporales: ⁊ ſpirituales ſolet eccleſia ad nihilum (deo iuuante) deducere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Mar. Si ergo venie ſecundū ſpiritū ⁊ mentē pape predicarentur facile omnia illa ſoluerentur: immo non eſſent.

¶ Sil. Si mens pontificis eſſet illa quam tu ſcripſiſti: eſſet mens male docta: ⁊ longe a veritate aberrans vt patuit: ⁊ clarius patebit cum iam non concluſionibus: ſed argotizationibus agemus.

¶ Mar. Exhortandi ſunt chriſtiani: vt caput ſuum chriſtum per penas: mortes: infernoſqꝫ ſequi ſtudeant: ac ſic magis per multas tribulationes intrare celum: ꝙ pro ſecuritate pacis confidant.

¶ Sil. Exhortandi etiam ſunt. vt caueant a doctrina tua tuiqꝫ ſimilium: que nec ſana: nec caritatiua eſt: ſed detractoria ⁊ ſugillatiua. Tribulationes vero in hac quidē vita a viris perfectis eligunt: quādo ſunt alicuius boni allatiue: in futuro aūt ſecus: vt ſupra ex diuo Thoma deductū eſt. Hec ergo ſunt Martine: que ad ꝯcluſiones tuas reſpondenda occurrerunt: poſthabitis in fine quibuſdam vanis que loqueris. Eia nunc age: aut improba mea aut tua proba. Ego quoqꝫ impoſterū itidē faciam. Et vt latior tibi campus certaminis adſit: etiā ea que in Silueſtrina ſcripſi ſubſtinenda propono.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN